

quam naribus, culinariis, medicinalibusque usibus dicata est.

§. 30.

Elegantem & huic fere similem *Oxyri corniculatam* describit *Stiff.* in *Tract. Germ. suo* & dicitur *virginidna*.

Et hæc de *alleluja* speciebus variis differentiam inter se constituentibus dicta sufficiant.

## CAP. IV.

*Patria Alleluja, collectio & signatura.*

§. 1.

**G**enitale solum *alleluja* i. in genere *Alleluja* non uni tantum regioni est inquilina, sed invenire licebit eam per universam prope Germaniam, omnesque ejus distractus, ita, ut pauca terrarum loca ab usu ejus excludantur, ex quo summa summi Creatoris elucescat sapientia, ut vitæ hunc incomparabilem Thesaurum non parce abunde omnibus

B 4

pro-